

DE COMETIS.

geminum, densum idemq̄ graue & concretum, Est item ^u Corporum
 alternum, tenue, rarum, leue, fluens, liquidum, qualia sunt ^{genus du-}
 aer, aqua, uapor, fumus, & omnis liquor. Negare nō pos- ^{plex}
 sum calefieri motu compacta corpora & dura. Sed liqui-
 da tenuiaq̄, tantum abest, ut frigida calefcāt motu, potius
 calidissima cum sunt frigescent. Aer æstuans, aqua feruēs
 liquores cūcti calidi & adurētes cū agitantur, calore sta-
 tim amisso refrigescent. Flabelli ^{u-} ^{sus} ^{Corporis} ^{tenuis rap-}
 & quo maior est concitatio, eò celerior & maior frigi- ^{tatio}
 ditas fit. Cœli cursu nullus est motus celerior. Liquida
 uerò & aerea per motum attenuantur, & frigescent, & in
 attenuatione dissipatio est: in qua dissipatio frigus in-
 ducitur, non ulla caloris occasio.

Caput III.

Ad hæc, rerum est naturalium non repentina sed gra- ^{Creatio re-}
 datim facta creatio. Volunt Cometam esse quasi montē ^{runo}
 ex fumis ardentibus, dum in sublimi aere uel igne (quem
 nullum esse forsitan alias probabo) fumus ad fumum ac-
 cedit. Ego uerò non intelligo, qua uí colligatur in unum ^{Mons Co-}
 locum tanta uis fumi. Et nisi cogatur, non poterit, ipsis ^{meta}
 etiam concedentibus, inflammari. Cœlum non cōtrahit ^{Cœlum fu-}
 (quis enim hoc docet, aut uincit, siue de æthere, siue de ^{mos colli-}
 stellis?) & si fumus non ascendit densatur, & in aere su- ^{gens}
 spensus hæret, nebulæ expansæ instar: neque est procul ^{Fumus de-}
 à terra, uti in uallibus uidere est, supra pagos, & oppida ^{satus}
 præsertim in hieme. Si uerò non densatur, & superiora ae-
 ris petit, in tenuem aerem euanescit. Dicunt spissari fu-
 mos à Saturno, cum quibus ego non disputo. Video e- ^{Saturnus}
 nim istos non argumentis, uerum opinionibus meris uti. ^{fumi coa-}
 Et si cogatur fumi & inflammentur, ut uolunt à cœlo, cui ^{gulio}
 non statim ardent? cur non apparet flamma aliqua ante
 Cometam? Cur aliqua pars tantí montis non flagrat, cū
 neq̄ agētes causæ, neq̄ materia, neq̄ locus, neq̄ tēpus
 ad incendium desit? Et si fumi non ardent dum paulatim